

Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius SS. Theol. D. & Prof.,  
Facult. Senior & Rostochiens. Superattendens Ad Solemnia Resurrectionis  
Dominicae pie ac religiose celebranda Omnes omnium ordinum Cives  
Academicos quam diligentissime adhortatur**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73482386X>

Druck    Freier  Zugang



R.U. Progr. 1648

1) Johann Auistorp

2) Heinr. Rahne

3) - "

4) - "

5) Joach Schnobel



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn73482386X/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73482386X/phys_0002)

DFG

2

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES QUISTORPIUS**  
SS. Theol. D. & Prof., Facult. Senior & Rosto-  
chiens. Superattendens  
*Ad*  
**SOLEMNIA  
RESURRECTIO-  
NIS DOMINICÆ**

*piè ac religiòsè celebranda*

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos  
quam diligenter adorantur.*



ROSTOCHII,  
*Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. ANNO 1648.*

RECTOR

UNIVERSITATIS  
GREGORIANAE  
LIBRARIAE  
S. PETRI ET PAULI

GREGORIUS.

---

REDEMOTOR  
NOSTER

SUSCEPIT MORTEM,  
NE MORI TIMEREMUS;  
OSTENDIT RESURRECTIONEM,  
UT NOS POSSE RESURGERE CONFEDAMUS.



Cce anni novitas redit! ecce renas-  
citur orbis!

Mæstities hominum cessit, &  
illa poli.

Ibat tristis hiems: campi sine honore jacebant:  
Torpebant Boreæ corpora pigra gelu.

Æolidæ fratres passim sine more furebant;  
Exsul erat nostris finibus oscen avis.

Nunc iterum rident agri, vitamque resumunt:  
Rursus & indocili gutture vernat avis.

Nunc legit Actæi populatrix ales Hymetti  
Florentes cythifos, & thyma cana favis.

Frigore detonsum passim induit arbor amictum,  
Prægnantique novas fronde minatur opes.

Mollia pubescunt viridanti gramine prata:  
Cum violis redeunt lilia, veris ebur.

Succedit Boreæ genitabilis aura Favonî,  
Mutat & optatas dædala terra vices.

Ista quidem magno; sed parvo nascitur orbi  
Lætitiae major vividiorque seges.

Hactenus insontis crudelia funera JESU  
Planximus, & spinas funereumque trabem.

A 2

Quis-

Quisque sui, veteris vestigia quisque reatūs,  
Nimirum vetitæ flevimus ausa gulæ.  
Nunc plorare nihil refert. Surrexit in auras,  
Quem dederant miseræ crimina nostra neci.  
Lux hodierna iterum discussit nubila mentis,  
Inque animos cœlo purior aura redit.  
Spreverat æterni mandata parentis Adamus,  
Cujus erat conjux Eva magistra mali.  
Hæc Satanæ monitis: huic paret credulus Adam,  
Et pessum titulo deteriore cadunt.  
Hinc necis imperium, sævi Plutonis & urna,  
Et piceis Phlegethon crevit avarus aquis.  
Nec, qui triste jugum ferrataque vincula Ditis  
Frangeret, in terris sufficiebat homo.  
Mittitur è cœlis igitur Patris unica proles.  
Ne cædatur homo, cæditur ipse Deus.  
Ipse luit pœnam, reprobus quam debuit orbis,  
Irato moriens victimâ grata Patri.  
Amplius irasci terris jam desinit æthes,  
Et seclis hominum tempora pacis eunt.  
Irarum flamas positas ob crimina mundi  
Exstinxit roseo sanguinis imbre sui.  
Et validas Satanæ vires, & tartara fregit.  
Et spolia exstincto victor ab hoste tulit.  
Mortuus evertit (res mirificissima!) mortem,  
Atque triumphato carcere captus ovat.

Nunc

Nunc vexilla locat, labarique volumina cœlo  
Restituit, pompæ signifer ipse suæ.  
Exsere jam vires Serpens, & conserte dextram.  
Scis, quid sit contra bella movere Deum.  
Mors ubi nunc arcus? ubi nunclatalis arundo?  
Cur ita vincla tuas impediére manus?  
Styx ubi nunc tua vis? tua vis ubi pessime Pluto?  
Cur addis trucibus lumina torva minis?  
Omnes contusa pariter cervice jacetis,  
Ac formidatis nomen & ora D E I.  
An magis objectas Mavortia Roma triumphos?  
SERVATOR, cœlo teste, tropæa refert.  
Tu Cimbros domito superasti & robore Persen:  
Vicisti frameis barbara castra tuis.  
Hic Stygis exuyias retulit; nec vincula reges,  
Sed captiva gemunt, crimina, mors, Satanæ.  
Nunc est stelligeri facilis consensus olympi,  
Cœlica Christicolis est reserata domus.  
Excisum luget Stygis illætabile regnum:  
Et Phlegethon ponit, sævior ante, minas.  
Vincta manus & vincta pedes it POENA cate-  
nis,  
Nec magis ultrici verbere terga secat.  
NOXIA pone comes sequitur mordetque lu-  
patum,  
Et vix ipsa sibi non inimica gemit.

Ne quicquam digitis ultro citroque revolvit.  
Pomum quod terris intulit omne malum.  
Captivus trahitur nigræ dux ipse cohortis,  
Nec, velut ante, sua peste nocere potest.  
O quicunque geris ductoris symbola C H R I S T I  
Miles, io magnâ voce triumphhe cane.  
Jam condemnanti solvit sua debita legi,  
Nec licet, ex quo mors occidit ipsa, mori.  
Ferreus ut nostros tandem sopor occupet artus,  
Ut tumuli simus sub scrobe pulvis iners;  
Attamen, in veterem mundo flagrante figuram,  
Ibimus æthereâ gens reparata tubâ.  
Quò Dux præcessit, nos pendula membra se-  
quemur,  
Nam pudor est membris dissociasse caput.  
I Christjana cohors, & ride fulmina secli:  
Impositumque tibi fer patienter onus.  
Quæ pateris, ludi instar habent, gemmantia cœli  
Aspice recta, eadem limina mente subi.  
Diripiantur opes patriæ, dulcesque penates,  
Quid magis? & vitam perdere, munus erit.  
Se penes (hæc abiens dederat promissa) Redem-  
tor  
Constituet tandem nos meliore loco.  
Nempe dies erit, illa dies, quâ rursus ab arce  
Ætheris incipiet Judicis ore loqui,

Ante-

Ante-reus vindex aderit, non victima mundi.  
Scilicet omnis erit versa figura fori.  
Tunc trepida aspiciet Solymæ gens brachia  
clavo

Transfixumque tremet militis ense latus.  
Imperium Caiphas majestatemque stupebit.  
Jamque suas discet nil potuisse minas.  
Pontius uxoris trepidæ contemta dolebit  
Somnia, & innocuum jam volet iste caput.  
Quæ miseris facies erit, aut in corpore for-  
ma?

Conscia quis pinget luridus ora color?  
Ossa tremor, dolor ilia, guttura clamor habe-  
bit,

Namque forum sonti flebile Prætor aget.  
VOS ACADEMIÆ CIVES sollemnia Pa-  
schæ

Quô DEUS ipse jubet vivere more decet.  
SURREXIT CHRISTUS, & nos SUR-  
GAMUS oportet.

At nos à vitiis SURGERE, velle DEI  
est.  
Qui non SURREXIT dum vitæ usura ma-  
nebat,

Nox stertenda illi sub Styge perpes erit.

Quif-

Quisquis aves igitur cū CHRISTO vivere,  
SURGE.  
Cras nimis est serum SURGERE, SUR-  
GE HODIE.

P. P. Rostochi sub Sigillo Academiac:  
feriā primā Paschatos.

AN.

XIIIX E



Oult



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn73482386X/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73482386X/phys_0011)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn73482386X/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73482386X/phys_0012)

DFG

ē paradiso ejēcti tenebris flan-  
nati eramus. Nunc verò per Nati-  
losam sic Deo conjungimur, ut  
credentes filii Dei & æternæ glo-  
nunc filius Dei factus nostra caro  
Deus in nobis, cum nobis, inter-  
adeoq; totus nobis natus & datu-  
cat, blandè ad se invitat, & delici-  
habet. Pax nobis cum Deo nunc  
ciliatio perfectissima, benevolen-  
Quis enim à Deo nos jam separab-  
mo & frater noster factus sibi co-  
bit, quorum caussam Deus ipse a-  
suam impertit, quos velut oculi  
sponsus sponsam, aut pastor fidei  
& defendit? Qui deniq; peccatu-  
fernus ullâ ratione nos turbare a-  
tranquilla deicere possent, cùm  
mus propitium, peccatores reci-  
tris instar solantem, vitam &  
sanctè promittentem? GAUDETE  
hoc Servatore nostro semper, &  
dico, GAUDETE, curas procul-  
te, quia nobis adest I M M A N U  
Angelicam, quâ nato Christo  
G N U M universo orbi partum  
ciatur. Exurgat anima quævis D.  
Dominum & in Deo salutis suæ  
Canamus cum Ecclesiâ: Grates



ernis desti-  
anc miracu-  
incarnatum  
evadamus:  
manuel, est  
ropter nos,  
amicos vo-  
er homines  
ima, recon-  
ma & imota.  
eus ipse Ho-  
quis accusa-  
s justitiam.  
llam velut  
am custodit  
o, mors, in-  
ite solidâ ac  
unc habeat  
afflictos ma-  
eleste nobis  
in Domino  
n Apostolo  
nihil metui-  
tate vocem  
U M M A-  
oribus nun-  
magnificet  
ico exultet.  
es reddamus  
Domini.